Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



325

Quid·ē· quod dixē compunctum cor de quod in euangelio dixē· tristis·ē· anima mea usq:
ad mortem; & iterum quando dixē· pater si possibile est transeat a me calix iste·
Iterū hoc dolebat mihi & contristabar propsequentib: me· quia nolebant paenitentiam agere; Ego in cruce pendebam· & sanguinem meum lauabam sordes eorum· &
ipsi nolebant agere paenitentiā; haec erant lacrimae· haec con punctio· quīm
psequentes me non potui saluare; Liberet me quia egenus & pauper sum; Dns se
pauperem dicit· ut pauperes consolaret; Cum hominib: pauper factus·ē· ut
salutem nemo pauperem despiceret; & cor meum conturbatum·ē· in te me;
Uide quid dicat· & cor meum conturbatum est in te me; Ipsum·ē· qd alibi dicē;
Turbatus sum & non sum locutus; qd turbor· homnēs·ē· Uincere ait turbationem
& iram· hoc magnae uirtutis·ē·; propter ea dicit apostolus; Irascimini & nolite
peccare· Irascaris· homo es· non remanē in te· xpianus es· Excussum sicut
locuste· Ego quidem uenerem ut protegerem populū meum· & dixi; hierusalem
hierusalem quae occidis prophetas· & lapidas eos qui ad te missi sunt; quotiens uolui
congregare filios tuos sicut gallina sub alas suas· Ego uenerem ut gallina ad pro
tegendum eos· Illi autē inimicissima mente susceperunt me· Ego uenerem ut mater·
& illi quasi homicidam suum· me iniciceruntē· Excussum· quid·ē· hoc· psecuti sunt
me· proiecerunt me psecuti sunt me; De nazareth ueni in capharnaum· p
secuti sunt me· De capharnaum ibi in bethsaidā· & inde me psecuti sunt· Ueni
in hierusalem· nolebam recedere a populo meo· & inde me psecuti sunt;
& sic me habebant quasi locustas; & quid feci· Irrectus sum· defendi me & ipsum·
maledicebat eos· sed dereliqui illos; Nec unum chorum feci; sed quid feci· oreui
proipsis; Genua mea infirmata sunt a ieunio; habete consolationem omona
chi ieunando· & dns siquidem hoc fecit· Ego dico· qd quando ieunat monachus·
fortior fit ieunio; & quando infirmatur genua eius ieunio· Tunc maxime ro
borantur; & caro mea inmutata·ē· propt oleum· Re mui deo difficile dicere;
secundum litteram inter prēdo ut aedificem audientes· aedificat enīm litterae;
bonum·ē· ieunare· bonum·ē· fugere delicias; antequam ueniam ad spiritalem
intellegentiam· Miror in litterae qd dicit oleum se manducare· longe
est a caeteris desiderius· hoc totum dixi· quia dixit· & caro mea inmutata·ē·
ppt oleum· hoc aliter inter pratus sum; Caerum qd dicit· hoc·ē· oleum
imago claritatis· Oleum· quasi esca est luminis; Legitur iudaei acceperunt
a me oleum· acceperunt uitam· acceperunt lumen· Nequis existimet quod
oleum dicit promisericordia· in hebreo significat intellegibile oleum·
inmutatus·ē· Nin gaudium· sed in tristitiam· Nu tu pulchrior inueniar·

ppt oleum